

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas ... Viro Christophoro Bernhardo Schradern, Senatori huius Reip.
gravissimo Marito suo Vidua moestißima parat. Cives suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423316>

Druck Freier  Zugang



R h a n e , H . ,

i n

C h r . B . S c h r a d e r .

R o s t . 1 6 3 8 .

50





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423316/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423316/phys_0003)

DFG



378

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profess. P.
AD EXEQUIAS,

Quas

Amplissimo, Prudentissimoq[ue] VIRO

DN. CHRISTOPHORO
BERNHARDO SCHRADERN,

Senatori hujus Reip. gravif-
simo Marito suo

Vidua mestissima parat.

Cives suos in ædem B. Virginis ad
TÖR in meridie primam serio ac
diligenter vocat.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.



Vobis nondum expiata sunt Orbis
nostræ flagitia, & irarum quoti-
die causas accipiat cœleste Numen,
ista conscientia nobis, recentibus
semper exemplis, nec meliore ta-
men cum voluntate, eoque carius
constat, quia tamen cana nobis capita, istaque Reipublicæ
subducit. Evidem cogitate apud vos, Cives Aca-
demici, quam Senatus jacturam hactenus fecerit,
qui per biennium totidem lectiones habuit, vicibus
ostendens cladem suam. Quarum singulas resti-
tuere quatuor Patribus, ex antiquoritu, non aliter
aut prius solet. Et nos quidem utcunq[ue] hanc fissuram
navium sedulo ac celeriter ferruminemus, sub-
camusq[ue] humeris labentem domum frequentes &
parati; nunquam tamen absq[ue] veteri periculo,
nunquam absq[ue] novo malo Respublica est. Sen-
sus nos ipsi, quos habemus afflictarum rerum, do-
cent, quam minime ingeniosi ad remedia sumus,
postquam eadem parte, cui succurrimus, eadem
semper calamitas est. In patres impetus est, in ful-
cra civitatis, in summam Reipublicæ. Cedunt
curia Senatores non una via, singulis itineribus co-
mitem Rempublicam habent, neq[ue] tam serè desinunt
ut non eo magis noceant. Certè insanis calamitati-
bus docere texitus consuevit, quantum mali à no-

vis plerumq; esse soleat. Quippe qui contemnunt ejus ordinis, quem infra se reliquerunt, per honorem insolentes, qāntaq; bellua civitas sit ignari, in levibus severitatem, imperitiā in magnis, in dubiis vecordiā afferentes ad consilia, Rēpublicā impellere solent, non statuere ac firmare. Neq; debent Romano-rum nos pericula aut Capuā illaq; nimis vetera terrere: circa nos ac tota ferme Germania, per breve tempus longasq; clades, urbium simul ac regionū exitia ex iisdem causis metuimus. Quanquam nec Princeps ea, nec ea plebes credant; diversis moribus ad perniciem suam conspirantes. Et vulgi quidem judicium ignotum non est, quibus longe redditius de Senatoribus sententia in tabernis, quam inter Patres frequenti concilio dicitur. Nullo prorsus delectu aut sapientia ductis, sed impetus & quādam etiam temeritate. Agri enim ad alienos honores & in vidi, creduli auditis, in deteriora promi & suspicaces, quicquid modestum est, ignavia speciem habet, quicquid circumspēctum ac providūm segnitiae; quicquid antem abruptū ac praeceps, id vero forte & masculum laudatur. Ideoq; grati facile, quicunq; solidi et vecordes detrahēre eximiū in Republica, obſtēre Magistratui & suadere voluptates ignavas possunt. Quibus, si per ipsos stet, non se ac suos, non urbem & civium
falsa

378

salutem, Imperatorem ipsum ac totum orbem ex-
dant. Ceterum quod ad versus Oceani undam
divinae providentiae est, ut limites suos transire non
possit, idem mirari in Rebus publicis debemus. Qua-
rum infirma esset Ego parum tuta dignitas, nisi ar-
mata ex caelo viribus, Ego arcana quadam vi cir-
cumscriberet multitudinem, tamq; contineret. Inde
profecto est, quod pacata totum capitulum bellum, quod
felix, quod diuturna est; Inde seditionum aut nulla
est, aut imbellis quaecunq; materia; inde munera
sanctitas, inde quies ordinum, inde securitas publi-
ca, inde cetera omnia sunt. Tantoq; luctuosius ci-
vitati funus bodiernum est, quod Amplissimo Pru-
dentissimoq; Viro Dn. CHRISTOPHORO
BERNHARDO Schradeni, praefer opinio-
nem ac spem nostrum omnium apparatur. Cujus
enim per XIX. annos spectata virtus cum mo-
rum sanctitate, Patribusq; ipsis valde honorata, Ego
neq; in plebe mignota exitit, eius jacturam Respu-
blica tanto fere agrius, quia paullatim ac veluti, per
membra quotidie se extingui Ego cōclamari, ordinib; q;
attritus, magnitudine pariter virium Ego consiliorum
robore destitui, non obscurè intelligit. Nunquam
sic expletura vacuas sedes, ut non exhaustat simul
aliquot sub sellia rimasq; Ego vitium in Curia vix fa-
nabile demonstrat. Eant v. lecturi sapis Patres,

877
Ecum sententius in Senatu super cooptandis novis
hominibus dixerint ejus simul calculi non obliuiscā-
tur, qui exauditorare alios ac efferre ex ordine suo
debeat. Idem n. ille dies, qui novo Senatori curiā
monstrat, cuiquam veteri denunciat loculum.
Urnam tanquam extremā rei Candidato; subla-
tisq; & venerandis senio capitibus & moribus una
antiquissimis, qui ut plurimum cum assertoribus suis
intereunt, brevi admodum futurum est, ut quales
juvenum hasta sint, qua veterum consilio desti-
natur, id quidē oculi deinceps vix possit SCHRA-
DERI utiq; nostri virtutes sāpe requirentur. Qui
natus ad publica factusq; cum semel privatus esse
desit, tam alieno tempore excedere ē publico non de-
buiisset. Erat ipsi naturalis quadam indoles ad mi-
nime fucatam humanitatem, bonitasq; ejus tegere
se aut mutare non poterat. Ideoq; animi candor &
fides cuiq; exposita erant; Præcipue in ciuium suo-
rum incrementa & singulorum incolumente.
Quo studio nihil antiquius habebat. Minime e-
nim placebant artes, quibus subditorum sepe res ac loculi sol-
licitantur, venditurg. cautus quisq; & optimus ciuis. Absti-
nentiam in officiis rara Magistratum virtutem & de-
qua parum homines sciunt, vita instituo non verbis & callida
oratione exprimebat, qui alias non multum sermocinari vel
suspendere audientes, & cothurno ingredi, aut aculeos vibra-
re cuperet, sed sale condire, que loqui necesse esset, & facto o-
scillare laboraret. Consiliorum non infelix sed minime ad
ver-

226

versutiam aut dolos; gravitatem & constantiam optimam tueri
dignitatis prasidia existimans. Quapropter obire varias
legationes tum Patriae sua, cum nobilis Hanse causa; Principi-
bus Viris & Regibus acceptus & charus. Cetera que do-
mum spectant, bonum Patrem familias ad exemplum usq;
præbuit, viciniam religionis cultu, pietate, concordia, parsimo-
nia mutuisq; officiis semper antecegrus; Consanguineorum to-
riusq; affinitatis dulce decus & præsidium. Eoq; vivendi ge-
nere obsignavit exitum, idem sibi ac similis in ultimam horam:
Quam cum valenti & pro ista etate sic satis integro tam cele-
riter affuturam nemo crederet, omnes confirmare vicesimus
Junij incepit, qui optima vita eundem quoq; terminum dedit.
Paucis enim uno alteroq; diebus, non admodum placens sibi, de-
cumbere nolebat imputabatq; ejus modi infirmitates etati, &
nature deficientis quidem, nondum tamen extrema, opinatus,
Comparabat se nihilominus ad quemcunq; casum, nec fidere
tam fluxæ & momentaneæ rei volens, convertit ad pietatem,
precumq; libello, quem ipse sibi ex sacrarum literarum monu-
mentis excerpserat, ad lectum vocato, quicquid vita super-
fuit, meditationi religiosa ac Deo impendebat. Secutag; sta-
tim, absq; ullo ferme sensu mortis, beatissima corporis animaq;
exolutio. Diximus, qualis ipse fuerit, nunc ad maiores &
genus transeamus. Quod ipsi honorificum & Brunswigæ
multis nominibus clarum contigit. Natus enim Anno
Christi 15 LXXIIII. Decembris III. die, Gadebuschi, op-
pido Megapolensi, Patrem HENRICU M habuit. Illu-
strissimi quondam Principis nostri ac Ducis JOHANNIS
ALBERTI Secretarium, ea qua diximus clarissima ci-
vitate editum; Matrem DORTHEAM Jünglings/ pu-
dicissimam matronam, BERNHARDI ejusdem ordinis Viri,
& simul monetarum prefecti filiam. Qua per immaturum
maritiui obitum vidua facta, rescribi ad cōjuges capit per An-

plissimum Virum JOHANNEM KELLERMAN-
QUUM, Consulem hujus Reipublice Magnificum, notisq; do-
nata secundis ad dignatem & patritias consendit. Vitricū
quidem BERNHARDO natura, benevolentia Patrem dabat.
Siquidem educatus in alia domo, in quam mater ducta erat,
literis iisdens atq; artibus paullatim assuevit, quibus Rei-
publica aliquando opus esset; Ad legum & juris scientiam ap-
plicato animo, quo studio solerter se deditumq;. Professoribus
demonstrans, experiundi quoq; copiam Magnifico Viro Dn.
BARTHOLOMEO CLINGIO fecit, qui Illustr. Megapolitania
aliorumq; Principum Consiliarius ac Legatus sape ac multum
utebatur in expeditionibus opera & comitatu SCHRADE-
RI, cumq; tandem ex suo pariter Rev. adm. CLq;. Viri Dn. LU-
CÆ BAKMEISTERI, SS. Theol. D. consilio & commenda-
tione ad praefecturam literariam evexit, cum Illustrissimo Du-
ci PHILIPPO, Sunderburgensi Praeceptor legendus esset. Quo
munere & defunctus cum gloria, & cum gratia dimissus est.
Bergam enim Norwegia vocatus, ad rationum ac Collegij
Mercatorij ibidem Secreta tractanda, per XX. annos mu-
nus suum tam diligenter habuit, ut ægre dimitti potuerit. Sed
cum res sua in patriam, precipue matris obitus & conjugij, quod
hic iniisset, ratio ac modus reperiebant, ut cum nupta sua ELI-
SABETHA, V. CL. Dn. PETRI SASII, Log. Professoris, A-
cademie pariter & Ducalis Collegij Senioris, filia natale solle
incoleret. Quod tanta integritate ac præstítit, ut statim
inter Senatores allegeretur. Ista sunt C. Academia, que super
obitu quam optimi deg, hac Civitate meritissimi Viri rescire
debuitis. Date innocentia, date senio, dignitati date, & tanti
viri exequias per quam frequentes reddite. Ita volumus, & se-
jus ac fas est, rogamus. P. P. XXII. Junij. Anno
Christ. M D CXXXIX.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777423316/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423316/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777423316/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423316/phys_0016)



versutiam aut dolos; gravitatem & con-
de dignitatis prasidia existimans. Qua-
legationes tum Patria sua, tum nobilis E-
bus Viris & Regibus acceptus & char-
num spectant, bonum Patrem famili-
præbuit, viciniam religionis cultu, pietati
nia mutuisq; officiis semper antecigrus;
tiusq; affinitatis dulce decus & prasidiu-
nere obsignavit exitum, idem sibi ac simi-
Quam cum valenti & pro ista atate sic
ricer affuturam nemo crederet, omnes
Junij incepit, qui optimæ vita eundem
Paucis enim uno alteroq; diebus, non ad
cumbere nolebat imputabatq; ejus modi
nature deficientis quidem, nondum tam
Comparabat se nihilominus ad quencu-
ram fluxæ & momentaneæ rei volens, c
precumq; libello, quem ipse sibi ex sacra
mentis excerpserat, ad lectum vocato
fuit, meditationi religiose ac Deo imper-
tim, absq; ulla ferme sensa mortis, beatissi-
exolutio. Diximus, qualis ipse fuerit
genus transeamus. Quod ipsi honor
multis nominibus clarum contigit.
Christ 10 LXXIIII. Decembris II
pido Megapolensi, Parrem HENR.
strissimi quondam Principis nostri ac E
ALBERTI Secretarium, ea qua-
virare editum; Matrem DORTHE
dicissimam matronam, BERNARDI
& simul monetarum prefecti filiam.
mariti (sui obitū vidua facta, rescribi a



na tueri
e varias
principi-
qua do-
lum usq;
arsimo-
rum to-
endi ge-
horam:
am cele-
icesimus
m dedit.
sibi, de-
etati, &
pinatus,
fidere
ietatem,
a monu-
ta super-
itag, sta-
animaq;
ijores &
unswigæ
Anno
schi, op-
buit Illu-
NNIS
issima ci-
ngs/ pu-
nis Viri,
naturum
per Am-